

8  
255





zu 005

O. i. 840 (1-101).



THESES  
DE TVTELIS  
ET ADMINISTRATIO  
TVTORVM.

QVAS DIVINA FAVENTE GRATIA,  
SVB PRAESIDIO CLARISS. ET CONSVLTISS.  
virorum, D. Iohannis Michaëlis Cronenburgeri, & D.  
Iohannis Hollandt Marcodurani, SS. LL. Licent. Di-  
etatoris & Fisci, in celeberrimo Iuridicæ facultatis apud  
Agrippinenses Collegio, pro veteri receptoq; mo-  
re, & laudabili consuetudine, pub-  
licè tueri conabitur.

CHRISTIANVS HAISTEIN  
AGRIPPINAS.

*Anno redemptionis humanæ MD. LXXXVII.  
die XI. Iunij.*



COLONIAE AGRIPPINAE  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

D

62







## ORDINIS RATIO.

**Q**uia haecenus de coniugijs & alendis liberis actum est, & non modo alendi sint liberi, sed etiam continendi auctoritate & consilio gubernandi, cum ipsi propter aetatem se regere nequeant: mortuoq; parente succedat quasi alter parens, lex & auctoritas magistratus, qui fidei curaq; idoneorum hominum imbecillam aetatem gubernandam committant; qua gubernatio Tutela seu cura appellatur: restat ut istis praemissis **DE TUTELIS** deinceps agamus.

VVesemb. in paratit. h. t. in princip.

### THESIS I.

**T**utela (vt Seruius definit) est vis ac potestas, in capite libero, ad tuendum eum, qui per aetatem se ipse defendere nequit, iure Ciuili data, ac permissa.  
text. in §. Tutela I. Instit. h. t. l. i. ff. cod. tit. VVesemb. d. loco num. 3. & vtrobique Dd.

#### II.

Triplicem autem tutelam esse constituimus, Est enim aut testamentaria, qua testamento datur, aut legitima, qua à lege, aut datiuia, qua à magistratu constituitur.

I generaliter 52. C. de Episcopis & cler. gloss. in l. i. C. de testam. tut. VVesemb. in paratit. h. t. num. 5. Mynsing. in §. Est autem Instit. de tutelis.

#### III.

Testamento igitur parentes tutores dare possunt, non tantum filijs filiabusve, (a) verum etiam, nepotibus neptibusq;, sicut etiam posthumis, dum modo post mortem ipsius aut in potestatem patris non recidant. (b)

(a) §. permissum Instit. h. t. l. i. ff. de testament. tut. l. 2. ff. de vulg. & pupill. substit. Mynsing. in d. §. permissum Instit. h. t. (b) nemo enim nisi suis haeredibus tutorem dare potest. l. 1. & l. 10. §. 1. ff. de testament. tut.

#### IIII.

In minus autem solenni testamento, tutoris datio facta, non valet, sed posse illam postea iudicis auctoritate confirmari existimo.

I neque 2. C. de confirm. tut. l. 4. C. de testament. tut. gloss. in §. fin. Instit. de tutelis, & ibidem Mynsing. Azo in summa C. de confirm. tut. Pet. de Ferrar. in sua pract. de rat. tut. redd.

#### V.

Cessante tutela testamentaria, succedit legitima, qua proximis cognatis defertur, secundum gradum, quo ad hereditatem vocantur.

I. intestato 6. ff. de legit. tut. l. 4. C. d. t. §. ex his in auth. de haeredibus ab intestato. Coll. 9. §. Quibus autem Instit. de legit. agnat. tut. & ibi Dd.

Et hac



## VI.

Et hac ratione mater pupilli, sicut etiam auia, modo secundis nuptijs, Velleiano, ceterisq; beneficijs renunciaret, in administratione tutela agnatis praefertur.

auth. matri & auia, cum duabus seqq. & ibi Dd. C. quando mul. tut. officio fung. eleganter Bart. in l. si quis, sub condit. ff. de testament. tut.

## VII.

Elegans autem hic oritur dubium, An mater, (quae si ad secundas nuptias (a) conuoluerit, ipso iure desinit esse tutrix.) mortuo secundo marito, & re adhuc integra, priorem administrationem tutela recuperare possit? Et affirmatiuam quasi rationibus magis consentaneam, defendere non verebor. (b)

(a) l. matres 2. auth. matri & auia. auth. hoc sacramentum. auth. adhuc. & l. fin. C. quando mul. tut. offi. fung. (b) Spec. in tit. de tut. §. nunc videndum. versic. quid si mater. Ang. in d. auth. matri & auia C. quando mul. tut. off. arg. l. si quis sub. ff. de testam. tut. hic enim impedimentum propter quod antea tutrix esse desierat, cessat.

## VIII.

Eadem occasione queritur, An vitricus possit administrare tutelam vel curam priuigui sui? Et affirmatiuam, vt l. magis consentaneam, defendere statui.

l. fin. C. de contrar. iud. tut. l. 1. Educatio. C. vbi pupill. educ. deb. Per. de Ferrar. ante d. loco num. 2.

## IX.

Porro deficientibus tutoribus testamentarijs & legitimis, magistratuum est impuberibus inuitis etiam, tutores constituere.

l. 2. & l. 3. nec non passim toto tit. ff. de tut. & curat. datis §. 1. Instit. de Attil. tut. VVes. & Mynsing. ibidem.

## X.

Si autem pupillus ratione originis, domicilij & facultatum diuersos iudices habeat, quis illi tutorem constituere debeat, controuertitur, & iudicem originis vel domicilij hoc facere posse, cum Bart. (a) concludo. (b)

(a) in l. pupillo 27. d. tit. ff. de tut. & cur. dat. per l. propter litem, §. licet ff. de excusat. tut. (b) Dyn. in l. 1. C. qui dare tut. poss. per l. magis puto. §. illud. ff. de rebus cor. Grassus lib. com. opin. cap. 9. num. 10.

## XI.

Constitutus insuper tutor, siue à lege, siue magistratu, tutelam gerere non potest, nisi prius decreto magistratus ei administratio sit commissa, quae ante non decernitur, quam tutor inuentarium consiciat ac iusurandum cautionemq; praestet, Rem pupilli ex bona fide defensum iri.

l. 3. C. de suspect. tut. l. 1. in princ. ff. de administ. tut. §. Quibus Instit. de satisfat. tut. l. si quis 8. ff. de muner. & hon. VVesemb. in parat. h. t. num. 5. Mynsing. & alij in d. §. quibus Instit. de satisfat.

Prohi-



## XII.

*Prohibentur autem tutores esse ob suspicionem debitor pupilli, (a) cum eo litigans, (b) bona eius possidens, (c) aut vitium corporis ut surdi, muti, (d) aut vitium animi, ut furiosus, prodigi, minores, (e) ac etiam mulieres in genere, excepta matre & auia. (f)*

(a) Spec. d. t. de tut. (b) Bart d. auth. l. 16. C. de satisf. tut. Spec. d. loco. (c) Bart. d. loco num. 7. (d) l. 1. in fin. & l. penult. ff. de tut. (e) §. furiosus & ibi V V esemb. Instit. qui testam. tut. dari poss. nisi ea intentione datus sit, cum ad sanitatem redierit, aut maior factus fuerit, (f) vide allegata in thesi 6. & 7.

## XIII.

*Certa rei vel caussa, vti etiam sub conditione, aut ad certum tempus prater testamentarios, tutores constitui non posse, indubitati iuris est.*

l. actus 78. ff. de reg. iuris l. 6. §. 1. ff. hoc nostro tit. §. ad certum Instit. Qui testamen. tut. dari poss. ibi gloss. & Dd. l. Tutor datus 8. ff. de testament. tut. Grassus ante d. l. aum. 11.

## XIV.

*Demum ex quo tutor se scit datum esse, quod pupillus probare debet, (a) obligatur periculo, nisi se legitime excuset. (b)*

(a) l. hoc autem 6. ff. de administ. tut. (b) l. ita autem 5. §. fin. ibi gloss. & l. 1. ff. de administ. tut. l. si scisses 8. C. de administ. tut. l. si quis 5. quin autem ff. de rit. nupt. glo. in l. 2. C. si tutor, vel cur. non gess. l. si tutor C. de per. tut. l. 2. & l. 4. C. de suspect. tut.

## XV.

*Nulla igitur obligatione quantalacunque etiam, pupillus sine tutoris interuētu se obligare potest.*

§. 1. autoritas Instit. de auth. tut. l. si quod 7. ff. de rescind. posses. l. Iulianus 13. §. si quis ff. de act. empti & venditi, l. 1. ff. de rescind. vendit.

## XVI.

*Vnde celebris, ac difficillima (a) hoc loco sese offert quaestio, An eo casu quo tutore neglecto pupillus contraxit, saltem naturaliter obligetur? Et sententiam affirmatiuam (b) qua & communis est, (c) defendere non tergiuer savor.*

(a) vt fatetur Costal. in l. Quod pupillus 41. ff. de condict. indeb. (b) propter text. expressum in l. 1. ff. de nouat. l. cum illud 25. §. 1. ff. quānd. dies leg. ced. l. si pupillus in prin. ff. ad l. Falc. l. si eius 64. ff. ad SC. Trebell. (c) Bart. & Dd. in l. 1. ff. de nouat. & deleg. Zas. in l. 7. Interdum num. 5. ff. de condict. indeb. Franc. de Cald. in l. 3. verbo cum non absimilis, C. de restit. min. qui plures allegat.

## XVII.

*Testamento, vni etiam pupillo plures tutores dari posse, affirmo, (a) adiungi tutorem habenti, alium posse nego, quod tamen in curatore aliter obseruatur. (b)*

(a) l. tres pupillo 55. ff. de administ. tut. §. Quum autem fin. Instit. de cap. diminutione (b) text in §. Interdum. vbi gloss. & Dd. Instit. de curat. l. 4. C. In quibus caus. tut.

Ex qui-



XVIII.

*Ex quibus & alia non inelegans emanat quaestio, An pluribus tutoribus simul constitutis, quilibet in totum administrationem habeat? Et quemlibet in totum habere assero, quamuis iudex vni soli administrationem decernere possit.*

*l. si plures 3. & d. l. 55. ff. de administ. tut. l. decreto §. fin. ff. cod. tit. Ferrar. d. loco num. 10. Spec. in tit. de procur. num. 16.*

XIX.

*Quod vsque aded procedit, vt etiam quilibet post administrationem in solidum teneatur.*

*Gaill lib. 2. obseruat. 96. l. 1. C. de transf. & ibidem gloss. in verbo tertium, vide quoque Iasonem in eadem l. num. 6. cum seqq.*

XX.

*Attamen meliorem suam conditionem sine tutoris etiam auctoritate, pupillum & prodigum, (a) non tamen furiosum (b) facere posse, arbitror.*

*(a) d. §. 1. Instit. de auth. tut. l. contra. 28. ff. de pact. l. pupillum 2. ff. de acceptil. & ibi glo. (b) l. is cui bonus, ibi Ias. & Dd. C. de verb. oblig. l. in negot. ff. De Reg. iuris.*

XXI.

*Sed hic frequenter dubitatum esse scimus, possitne tutor super rebus pupilli transigere, aut eas sine decreto iudicis distrahere, & negatiuam cum Gailio tueri non verebor.*

*Gaill lib. 2. obseruat. 72. textus in l. non solum 4. C. de praed. & alijs reb. min. non alie. l. cum hi 7. §. vult igitur ff. de transf. ibi lege Bart. & Ias. iuncta l. magis puto §. non passim & §. si res alienum ff. de reb. qui sub. tut.*

XXII.

*Vsque aded etiam decretum iudicis necessarium est, vt tutor etiam si aduersa valetudine vel alia necessitate impediatur, quo minus res pupilli administrare possit, sine illo tamen alium actorem qui suo nomine agat, constituere non possit.*

*l. solet 13. ff. h. tit. & ibidem gloss. & Bart. §. interdum. Instit. de curat. in fin. & ibidem Schned. & alij Dd. & l. actor 9. ff. Rem ratam hab.*

XXIII.

*Potest tamen a magistratu si suscepta tutela Reipub. causa absit, alius eius in locum per tempus absentia constitui, qui post tutoris reditum administrationem tutela deponit.*

*l. non solum 10. ff. de excus. tut. vel curat. l. fin. & toto tit. C. si tutor vel curat Reip. causa abs. l. Quæstum 12. ff. h. tit. §. Item ij qui. Instit. de excus. tut. & ibi Dd. & §. ab hostibus. Instit. de Attil. tut.*

XXIV.

*Vnde non inuile promanat dubium, An si in itinere morte corrumpatur, aut ab hostibus captus non reuertatur tutor, hic qui a magistratu, eius in locum substitutus erat, in administratione perseueret? & affirmatiuam veriore existimo.*

*d. l. Quæ-*



d.l. Quæsitum 12. ff. h. t. & ibi gloss. l. curatorem impuberi 25. ff. de tut. & curat. datis, ab  
ijs qui ius dandi habent.

### XXV.

*Amittitur autem tutela, vel excusatione apud iudicem facta, quam multa pariunt  
cause, (a) vel ob suspicionem, (b) vel capitis diminutionem, excepta minima, vel morte  
pupilli vel tutoris, conditionis & temporis euentu, ac etiam pubertate. (c)*

(a) toto tit. ff. Inst. & C. de excus. tut. (b) vide tit. ff. & C. de suspect. tut. & VVesemb. in  
parat. (c) Instit. toto tit. Quibus modis tutela finitur.

### XXVI.

*Tutela per pubertatem finita, tutor petere debet ut curatores puberi dentur, vel ad  
minus eum quo curatores petat, admonere, quod si neglexerit, à periculo non liberatur,  
& si quid interea perit, ipsius periculo perit.*

text. in l. ita autem §. si tutor ff. de administ. tut. & l. admonere eam. C. qui pet. tut. deb.  
Schned. & alij in §. 1. Instit. Quibus mod. tut. finit.

### XXVII.

*Hodie tamen officium tutoris, ex consuetudine etiam ad curatores transit, cum futuris  
tamen temporis periculo.*

§. 1. Instit. de curat. & §. inuitis Instit. eodem l. tutor ff. de administ. tut. Gaill lib. 2.  
observat. 96.

## COROLLARIUM.

*Corollarij vice fungatur nobilis hac & in utramque partem ventilata quaestio, An no-  
torie prodigo ipso iure censeatur interdicta administratio non expectata iudicis senten-  
tia declaratoria, & licet plerique affirmatiue concludant, (a) verior tamen sicut & com-  
munior negatiua est opinio. (b)*

(a) inter quos Donell. in l. Is cui bonus, ff. de verb. oblig. (b) Dd. communiter in d. l. Is  
cui bonus, per l. Iulianus ff. de cur. fur. Vig. in §. Item num. 3. Instit. Quibus non est per-  
miss. fac. testam.



41. Quodam in die...

XXV

...in die...

XXVI

...in die...

XXVII

...in die...

COROLLARIUM

...in die...

XXVIII

...in die...

Vertical text in the right margin, possibly a list or index.





153255

AB: 153255

(X2203998)

K






*De legibus et constitutionibus Imperatorum*







Farbkarte #13

B.I.G.



THESES  
DE TUTELE  
ET ADMINISTRATIO  
TUTORVM.

S DIVINA FAVENTE GRATIA,  
PRAESIDIO CLARISS. ET CONSULTISS.  
m, D. Iohannis Michaëlis Cronenburgeri, & D.  
nis Hollandt Marcodurani, SS. LL. Licent. Di-  
s & Fisci, in celeberrimo Iuridicæ facultatis apud  
ippinenses Collegio, pro veteri receptoq; mo-  
re, & laudabili consuetudine, pub-  
licè tueri conabitur.

CHRISTIANVS HAISTEIN  
AGRIPPINAS.

anno redemptionis humanæ MD, CXX, LXXXVII.  
die XI. Iunij.



COLONIAE AGRIPPINAE  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT. D



62

